

Poenitentiam age ab his negotiis tuis. Act. 8. 22. Cui Magnus: *pretamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum, quæ dixisti.* Oraverunt Apolloli pro eo? Abulens q. 5. in cap. 5. Reg. subintelligendum, quod, cum Apolloli essent viri misericordes, oraverunt pro eo. Sed si oraverunt, cur non exoraverunt? dixerat Petrus: *poenitentiam age*; ille: *pretamini vos pro me.* Did. Nyfl. ferm. in die Cin. 5. 5. oportebat illum toto corde poenitentiam agere, oportebat orare: ille autem obiter hoc faciebat. S. Chryfost. hom. 18. in acta.

Necessitatibus sanctorum communicantes. Rom. 12. 13. Manifestum est, quia qui preces suas exaudiri vult, æmulus debet esse vitæ Sanctorum: cum imitatur enim, communicat; ut hoc fit memorem esse, & communicatorum, imitari actus illorum. S. Ambrosius, hic.

Orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio iusti assidue. Jacobi 5. 16. Videtur significare: posse nos securos vivere, dum nos modo iustorum precibus commiserimus. Respondet S. Anastasius Synaita de Synaxi: iunge clamorem tuum, cum Sacerdote pro te deprecante: da te ipsum pro tua salute. Multum valet deprecatio iusti assidue & efficacis: sed efficacis erit, si & tu cum Sacerdote partes tuas copules, fluctulque poenitentiam demonstres. Did. Nyfl. D. 5. Palch. 5. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus Sanctorum ad Deum evehatur oratio. S. Ambros. Octon. 22. in Pl. 118. 169.

Si nos in virtutis studio seduli fuerimus, efficace erunt & preces aliorum pro nobis: si vero desides fuerimus, nemo nos iuvare poterit. S. Chryfost. hom. 1. in ep. 1. Theff.

Audi, quid dicat Propheta: si steterit Noe, & Job &c. Quantum luxit Samuel, & Saulen non eripuit, quantum precatus est Jeremias, & Iudæos nihil iuvit. Quid ergo? suntne supervacaneæ Sanctorum preces? nequaquam: sed magnas vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris: ita etiam Petrus suscitavit Tabirhan, non solum oratione, sed etiam illius elemofyna. S. Chryfost. in Pl. 48.

Confugiamus ad Sanctorum preces, & oremus; ut pro nobis intercedant: sed non illorum precibus tantum confidamus; sed & ipsi nostra, ut oportet, dispensemus rectè, & ad meliorem semper convertemur: ut locum demus orationi, quæ pro nobis funditur. Hoc & ad Prophetam dicit Dominus Jer. 7. 17. non vides, quid isti faciunt? incendunt adipem &c. quasi dicens ad eum: pro illis me rogas, qui a peccato non desistunt, qui earent sensu infirmitatis suæ, qua laborant. Nè igitur, o Propheta, mihi offeras orationem: sed hoc tuo studio facias: ut illorum moribus vincatur, & ad sanitatem redcantur. Id. in Gen. hom. 44.

S. XXV.

Oratio Dominica.

Si ergo vos orabitis: Pater noster &c. Matth. 6. 9. S. Cyprianus lib. de orat. vocat hanc orationem, Evangelii brevissimum, Officium Ecclesiasticum cum sit compendium totius Scripturæ. Sic & hæc oratio, cum sit compendium Evangelii, illius brevissimum dicitur. In hoc, ut post Augustinum l. 2. de V. D. notant omnes Commentatores, tres primæ petitiones ad honorem Dei pertinent; reliquæ ad nostram utilitatem. Sylveira hic c. 15.

Pater noster. S. Cyprianus, Chryfost. & Rupertus, accipiunt primam SS. Trinitatis Personam. Melius alii totam accipiunt Trinitatem: quia omnes tres Personæ ad extra omnia operantur; ideoque aquæ omnes sunt invocande. Cornelius hic.

Non dicimus Pater meus, nec panem meum, da mihi hodie &c. publica est nobis, & communis, oratio. Et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo, oramus; quia totus populus unum sumus. S. Cyprianus l. de or. Dom.

De quotidianis, levibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio. Fidelium satisficit. Delict omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata. S. August. Enchyrid. c. 70.

Oratio hæc comparatur flumini; in quo Agnus possit ambulare, & elephas natare. Hoc est, talis est, ut quilibet eam simplex discere, & intelligere valeat; & cuiusque sapientis ingenium supereminat. S. Honorius S. in Nat. D.

Oratio Dominica est cunctarum exemplar orationum: ut quiddam ad Patre nostro Deo petere volumus, hic problemus; utram Deo placitum, vel ad salutem nostram sit idoneum, quod postulamus. Nam si ab istarum qualibet petitionum petentis intento discordat, nequaquam in nomine Salvatoris postulat. Rupertus in Matth. l. 5. in fine.

De huius orationis expositione, laude, & efficacia, tanta jam à sanctis Doctobus dicta sunt; ut penè ratio sit ea perlegere. Veruntamen nec digna, nec sufficientia dicta sunt,

nec uquam dicentur. Tanta namque est huius gloriosæ orationis profunditas in sensu, fecunditas in mysteriis, efficacia in effectu, artificialitas in processu, seu ordine: ut nemo capere valeat, vel eloqui. Dionys. Carthus. in Matth. 6.

Sanctificatur &c. Peticio, sanctificatio; donum sapientia; virtus pax; beatitudo filiatio Dei; & vitium; contra quod, & luxuria, q. d. da nobis spiritum sapientie, id est, iucunditatem internam; ut gustemus; quam suavis sis; & hoc generet in nobis pacem; & hoc contra luxuriam. **Adveniat regnum tuum.** Peticio adventus regni; donum, intellectus; virtus munditia cordis; beatitudo visio Dei; & vitium, contra quod, gula. **Fiat voluntas tua.** Donum consilium; virtus misericordia; beatitudo misericordie consecutio; vitium, contra quod, avaritia. q. d. da nobis spiritum consilii; ut faciamus voluntatem tuam, maximè misericordiam, quæ perimit avaritiam, quatenus misericordiam consequamur. **Panem nostrum &c.** Donum fortitudo; virtus euries iustitia; beatitudo saturitas; vitium contra quod, aecidia. q. d. da nobis spiritum fortitudinis, qui multiplice pane roborat animam, ne deficiamus in presenti, evadendo iustitiam; per quam expellentes aecidiam, plena iustitia saturabimur in futuro. **Dimitte nobis &c.** q. d. da nobis donum scientia, & virtutum luctus; quo tam nostra, quam aliena, peccata cognoscimus, & desicimus; & ita consolationem habeamus contra invidiam. **Et ne nos induas &c.** q. d. da nobis spiritum pietatis; & mansuetudinem spiritus; ut per spiritum pietatis vincamur tentationem, & per mansuetudinem iram; ut ita beati possideamus terram viventium. **Sed libera nos &c.** q. d. da nobis spiritum timoris; ut per illum vincamur mala, & per virtutem pauperatis spiritus bona adipiscamur: ut, exclusis vitiis, & contemptis terrenis, habeamus æterna. S. Bonaventura in Matth. 6.

S. XXVI.

Oratio Matutina, & vespertina.

Oraverunt holocaustum Domino mane, & vespere. 1. E. dra 3. 3. Mane, & vespere, holocaustum offerimus: per matutinam, & vespertinam orationem. V. Beda lib. 1. in Efdram c. 3.

Quis sensum hominis generis non erubescat sine psalmorum celebritate diem claudere; cum etiam minutissimæ aves solemni devotione & dulci carmine, ortus diem, ac noctium, profequantur. S. Ambros. hexam. l. 5. c. 7.

S. XXVII.

Oratio Matutina.

Præveniant oculi mei ad te diluculo. Pl. 118. 148. Cassianus dicit, matutina solemnitas officium novo adhuc tempore initiatum primitus in Bethlehem monasterio, ubi D. N. J. Christus pro redemptione humanæ salutis ex Virgine nasci dignatus est: sicque ex illo per universum Mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo. Diluculo oratur, ut Resurrectio Christi celebretur. S. Ihsidorus lib. 1. cap. 33. de Matutinis.

Cum sit hora diei tertia. Act. 2. 15. Spiritus S. venit hora tertia: quia in illa hora homines frequenter sunt jejuni; & sensus puriores; aptiores ad cognoscenda, contemplanda, ac recipienda dona Dei. Sylveira hic q. 17.

Cum surgis, manus, & faciem lavas; animam autem immundissimam negligis. Nescis, quod sicut corpus aqua, ita oratione mundatur anima? S. Chryfost. in Pl. 5.

Tempore primitivæ Ecclesiæ ter surgebatur ad divinum officium: circa primum solem, 2. circa mediam noctem, 3. paulo ante diem: nunc citius surgunt pueri, quam ministri Ecclesiæ; & prius cantant psalmos, quam Sacerdotes. Ioannes Beletius trinit. div. offiè.

Unio in concha. Lem: *A rosa colore.* Picinelli.

S. XXVIII.

Oratio nocturna.

Noxæ vestra est Ar Moab. Il. 15. 1. Nox habet quietem contemplationis; in qua, 1. est ferventis amoris desiderium. *In lectulo meo per noctem quæsi, quem diligite anima mea.* Cant. 3. 1. 2. debita conscientiosis sacrificium. Pl. 118. 62. *media nocte surgebam ad confutendum tibi.* 3. divinx consolationis silentium. Sap. 18. 14. *cum quiescerem silentium continebat omnia.* S. Thom. Aqu. hic.

Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte &c. Luc. 11. 5. Cur ponitur petens media nocte, & non potius alia hora? S. Chryfost. f. 39. Ita satis hora est efficacis impetrandi. Sylveira in Act. 16. q. 10.

Media nocte Paulus, & Silas, orantes. Act. 16. 25. Nocturna oratio eorum tam Deo grata fuit; ut non solum eorum, sed aliorum quoque vincula fuerint soluta. Id. ib.

Si studentes doctrinis secularibus per parum somno indulgent;

Hic verficulus, *Deus in adiutorium meum intende, &c.* omnibus inseculatione demonis laborantibus inxpuignabilis murus est, & impenetrabilis lorica, ac munitionis clypeus. Hunc verficulum meditantem tibi somnus obrepat; donec incessabili ejus exereitatione formatus, etiam per soporem eum decantare consuefas. Hic tibi expergefado primus occurrat; is, te evigilante, cogitationes anticipet univerfas. Joan. Cass. Coll. 10. que est secunda Abb. Ifaac.

TITULUS IX.

ORATIO MENTALIS.

S. I.

Figuræ, Symbola.

Ex Veteri.

Formam igitur Dominus Deus cunctis animalibus terra, adduxit ea ad Adam &c. Gen. 3. 19. Statuens Deus coram eo tot genera creaturam, potentie sue infinite contemplandæ ei præbuit materiam. Et sequitur; *innovit Dominus Deus spiritum in Adam:* quem soporem contempitandæ ei præbuit materiam. Et credo, exactam illam causam fuisse ex Bonitatis, ac Majestatis, Dei infinite consideratione; quam ostendit in formatione tam diversarum creaturatum. Quod si illa creaturatum diversitas sufficiens fuit, exactam in Adam efferecer; multo profectò sunt mirabiliora opera redemptionis nostre, & efficaciora ad causandam exactam in nobis; sicut cordis puritate, profundè: ac assidue ejus contemplationis incumberebimus; ob cujus defectum nec diligimus, nec admiramur, tam stupenda opera, quæ pro nobis fecit Deus. Dicit conc. 2. in Com. Virg.

Sume tibi aromata equalis ponderis; cumq; in remissum pulverem conuderis, ponet ex eo coram tabernaculo testimonium. Ex. 30. 34. Aromata sunt opera, quæ divinus Redemptor noster pro nobis operatus est, lacrymæ, suspiria, sanguis, charitas ardentissima &c. Et sicut aromata, nisi conterantur, & in ignem mittantur, nullum ex se odorem emittunt: sic, nisi reparationis nostræ mysteria fumentur; parum ex his fructus, & consolationis, elicitur. Id. conc. 1. D. 2. Epiph.

Duplex genus orationis significant duo altaria in templo alterum vocabatur holocaustorum, quod in atrio situm erat sub dio; alterum thymiama, quod interiore partem templi occupabat. Ex. 35. 15. 16. Prius significat orationem vocalem, alterum mentalem, quæ ad sancta sanctorum præprie accedit, & Deo proximos reddit. Finna in Eccl. Eth. 170.

Ite & considerate terram, urbemq; Jericho. Job. 2. 1. Nec verbum aliud legitur addidisse: cum tamen Dices tot aliæ, & equè munitissima, mittendis exploratoribus locum ingrederet: quia agitur de exploranda anima. Richardus à S. Vict. apud Godfr. considerate terram, quam Deus fecit; urbem, quam humana conditio infidit. Dificulte bonum, quod Deus treavit ad bonum nostrum; & malum, quod homo invenit ad malum suum. Si natura bonam cognoscimus; scimus quid excolere, quid nutrire, quid multiplicare, debeamus. Si malum morum nostrorum perspicimus, quos hostes cavere, quos adversarios impugmare, quales interfecte inimicos oporteat, non dubitamus. Ramirez in ep. 4. 21.

Gaudemus vehementer, cum invocetur sepulchrum. Job. 3. 22. Sicut sepulchrum locus est; in quo absconditur corpus; ita divina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis, quo absconditur anima. Quasi enim adhuc huc Mundo vivimus, cum mente in ea foris vagamur: sed morti in sepulchro abscondimur, cum mortificati exterius in secreto interne contemplationis celamur. S. Gregor. Mor. lib. 5. c. 44.

Accedet homo ad cor altum. Pl. 63. 8. Illos significat, quæres divinas pia intentione perquirunt: cor enim altum tunc est, quando celestia cogitat, & terrena devitat. Cassiodorus hic.

Ibi Benjamin adulescens in mentis excessu. Pl. 67. 28. De eo autem prædixit Jacob pater ejus. Gen. 49. 27. *Benjamin lupus rapax &c.* Intellectus contemplativus prius inquirat veritatem, & pascitur illa; postea verò dividit illam, & impartitur voluntati. De Ponte in Cant. 1. Exh. 9. S. 3.

Arca sanctificationis tue. Pl. 131. 8. Rich. à S. Vict. l. 1. de arc. myst. c. 1. ait per arcam sanctificationis rectè intelligi gratiam contemplationis.

Consuetudo me. Cant. 1. 7. Innotuit scientia Dei affectiva: nam Canticum ad scientiam spiritus elevat; quæ cognitionem, & amorem Dei, comprehendit. S. Ambros. l. de Isaac, & an. c. 2. osculatur nos Deus; quando cor nostrum spiritu divine cognitionis illuminat, id est: quando infundit supernaturale lumen, quo divina mysteria penetrat, veritates fidei percipit, & affectum simul amoris. De Ponte hic Exh. 2.

gent; quanto magis, qui Deum cupiunt cognoscere, non debent somno corporis impediti, nisi quantum naturæ suæ est. S. Ambros. in Pl. 118. f. 7. Et nè totam noctem sopori existimes deputandam: tunc magis tibi orandum est Dominus. Tunc præsidia postulanda, culpa cavenda, quando videtur habere secretum. Tunc maxime, quando tenebra in circuitu meo, & parietes me operiunt, considerandum: quia Dominus omnia intuetur abscondita. Id. ib.

Cur fers graviter tempus, quod tibi in requiem concessum est? non accepisset servus à Domino requiem, nisi tenebræ essent inducæ in hanc præscriptam necessitatem. Quomodo autem in die sæpe laborantes noctu requiescimus; & qui hesternis die fuit in laboribus, manè fit robustior, propter noctis quietem. Quid autem est ad sapientiam nocte commodius? in hac enim persepse de Deo cogitamus in hac lectio, & contemplationi, divinarum Scripturarum vacamus. Quando autem magis in laborum, & orationem, mens nostra componitur? nunquid noctu: & peccata nostra persepse noctu in memotiam revocamus. S. Cyrill. Jerol. Catch. 9.

Nocturnæ lacrymæ quoque rore magis contra concupiscentias, & ardores omnes, demeruntur. S. Chryfost. hom. 26. in Act. Vide hic plura de nocturna oratione.

Si es devotior, imitare Iulianum: cui quoniam ad dicendam laudes dies sola non sufficit, nocturna spacia pervigili cantilena decurrit. S. Maximus hom. 2. de non timendis host. carnalib.

S. XXIX.

Orationes jaculatoriæ frequentes.

Orationes jaculatoriæ merè margaritæ sunt. S. Vinc. Ferr. f. de Fidelib. def.

Exercitium, quod aspirationibus, brevibusque preceationibus constat, efficacis admodum est, ad vitia extirpanda, charitatemque promovendam. Blossius parad. an. c. 22.

S. XXX.

Ritus orandi.

Cor ad orientem.

Cor ad orientem versit orant Christiani? quoniam nostrorum honorabilissima quæque ad Dei honorem seponimus, & est, hominum opinione, solis ortus honorabilior, quam alie partes. Mandi & propterea tempore precum spectamus omnes ad orientem. S. Iulianus M. lib. quæst. Christianar. ad Gentiles q. 118.

Ex traditione Apollonica orandum est ad orientem. 1. quia ex Pl. 131. 7. adorandum est, ubi hierusalem p. les Domini; qui Zach. 14. 4. in monte Olivatum in Oriente stare dicuntur. 2. quia Deus est lux vera. 3. ut respiciamus paradissum. 4. ad differentiam Judæorum, qui ad Occidentem orabant; ut ex situ templi Salomonici colligit Ananias. Nicæus q. 18. 5. Tertull. contra Valent. c. 3. quia in aurora venit ad Apollolos Deus in Pentecoste. 6. S. August. l. 2. ferm. D. c. 9. quia monentur convertere animam ad naturam præstantiorem, id est, Deum. Gavantus p. 2. de 5.

Invenio in Sacra Scriptura octo modos orandi, primus est, elevando oculos ex conscientia; secundus, depridendo caput ad terram, ex verecundia; tertio, extendendo manus in altum ex indigentia; quartus, deessulando pilnas ex conscientia; quintus, tendendo pectus ex conscientia; sextus, inclinando corpus ex devotione; septimus, flenddo genua ex subjectione; octavus prosterndendo se totum ex dejectione. S. Vincenr. Ferr. f. 5. D. 16. Trinir.

Quæ causa ritus in oratione levandi manus? 1. quia hic habitus supplicis, penitentis, & sperantis auxilium ex alio: sicut submergenti manus extendunt tanquam auxilium petentes. 2. dat Clemens Alex. l. 7. Strom. quod elevatio manuum significet, & exciret mentis elevationem in Deum. 3. dat Tertull. Apol. 30. quod extensio manuum nos Deo offeramus, & quasi in manus ejus dedamus. 4. hoc fitu rehementiam affectus designamus, quasi vim Deo inferre, arque, præ magna fiducia, matius, quod petimus,prehendere velimus. 5. Dat. S. Cyprianus de exhort. MM. c. 8. Theodoretus q. 34. in Ex. ut scilicet hoc gestu protestemur merita Christi crucifixi; & eaque Patri, quæ efficacissima ad impetrandum medium offeramus. Cornelius in 1. Timoth. 2. 8.

Miscellanæ.

Et hymno ditto exierunt in montem Olivæ. Matth. 26. 30. Audiam omnes, qui quasi potci, cum jam comederint, everfa mensa, calcibus mensa, temulenti confurgunt; cum age gratias debeant; & in hymnum à mensa venient. S. Chryfost. hom. 83. hic.

Scit Dominus, quid velimus; sed vult nos orare vocaliter, pro excitanda devotione: quia quod factus carboni, hoc facit pronuntiatio devotionis. Innocentius III. P. de sacro alt. myst. l. 5. c. 17.

Mitiora sunt uerba tua vino. Ib. Quotiescumque ad legendas, vel meditandas, divinas Scripturas accesseris, cogitare debes, ad uerba Dei te accedere; ut ex illis fugas lac sapientie, devotionis, & amoris. Sed opponit: Paulus dicit, lac esse parvulorum nutrimentum. 1. Cor. 3. 1. 1. Hebr. 5. 12. Quorsum ergo sponda jam matura uerba laudat? R. agnovit parvitatem suam; & infantiam. Sicut modo genis O. 1. Petri 7. 2. Id. hic Eph. 7. 5. 2.

Introducitur rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Sept. verso apud plures Patres valde receptat *introducitur rex in cubiculum suum.* Id. hic. Exh. 8. Cellaria hæc sunt loca quedam abscondita quietis, & reflectionis; ut animosiores reddantur ad iterum pernicitius currendum; & repræsentant recondita fidei nostræ mysteria; vel ea, in quibus hæc mysteria continentur; five sint Scripturæ, five craturæ, in quibus sunt perfectiones Creatoris. Id. ib. 8. 1. Per cellam vinariam cum S. Gregorio, & S. Bernardo, intelligimus studium orationis. Id. in Cant. 2. Exh. 29. 9. 1. Cella vinaria est domus orationis, ac studium orandi, & meditando: in ea enim Deus proponit desideria vinum consolationis, exultationis, amoris, & servoris divini. Ita S. Gregor. Cassiodorus, Haymo, Bernardus &c. Gregorius ita loquitur: quid per cellam vinariam congruentius, quam ipsam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? In hac æternitate Angeli Sancti vino sapientie inebrantur, cum ipsam Deum facie ad faciem videntes omni voluptate spirituali satiantur. Hanc sancta mens, si a sponso introducatur, postpositis omnibus temporalibus, intrat; in qua ex illis Angustis delictis, quantum sibi conceditur, gustat. Perdit vinum, quod in cella Dei bibitur, est charitas, & amor, inquit Guilicelmus Paris. hoc vino nihil castius, sapientius, calidius. Cornelius in Cant. 2. 4.

Sus uero dicitur esse. Cant. 2. 3. Statim addit: *Quod fructus ejus dicitur gustari.* Nam qui se jactat federe sub ejus umbra, mysteria Christi meditando, & fructus nudos capis; otiosus sedet; & contemplatio ejus dicenda potius sopor, pigritia; aut mera speculatio scientie, quæ insat. De Ponte hic 1. Xh. 26. 9. 4.

Dentes tui sicut greges caprarum. Cant. 4. 2. Dentes sunt difficultates discretationis, quibus meditationes, spirituales, & cogitationes cordis, erantur, & comminuntur, ac discernuntur, an pura sint, & veraciter bonæ, an sint à Deo vel a spiritu malo; vel à corde humano. Rich. à S. Victor. hic 1. 17.

Capilli tui sicut greges caprarum. Capilli sponse sunt meditationes sanctæ; quæ, sicut capilli crescunt in capite, ita oriuntur in mente. Qui capilli capris comparantur propter quandam similitudinem. Capræ enim inquirendo pascua alta montium, atque arborum petere solent, & etiam ruminant. Ita meditationes sanctæ semper ad alta tendunt, & ad spiritualia atque cœlestia investiganda, & cognoscenda laborant. Id. ib. c. 16.

Oculus tui sicut piscina in Hesbon. Cant. 7. 4. Animæ sanctæ bini oculi sunt, meditatio, & contemplatio. Hesbon idem est, quod dicitur, ruminatio, computatio, estimatio, quia vis, & fructus, meditationis consistit in profunda, & serâ ruminatione, ælimatione, ponderatione mysteriorum fidei. I. d. enim multi Fideles, licet credant cœli præmia, & gehennæ tormenta, his tamen non moventur ad abstinendum a peccatis, & ad observandam Dei leges: quia illa non percipiunt, non ponderant. Cornelius hic.

Quæ est ista, quæ micat de deserto? Cant. 8. 5. Quasi de deserto animus humanus ascendit, quando super semetipsum mentis elevatione transit: quando semetipsum in uno defensus, & ad cœlum usque pertransiens, solis divinis fe totum per contemplationem immergit, & devotionem. Rich. à S. V. et. de arca myst. l. 5. c. 14.

Beatus vir, qui in sapientia intrabitur. Eccl. 14. 22. Beatum illum dicit, qui sanctarum rerum meditatione sapidam quandam Dei scientiam curat adipisci. Diez conc. 1. D. 3. Epiph.

Homo sanctus in sapientia, scilicet intellectus, manus sicut sal. Eccl. 27. 12. Et de malis Sap. 5. 6. Sol intelligitur non est ortus nobis. Sicut enim sol Mundum, ita intellectus suis cogitationibus, & notitiis animam illuminat. Et sicut radii solis, quoadvisque in aliquo objecto sistant, debiles sunt; ut in media æteris regione perspicitur: qui, quia illic non sistant, sed velociter transeunt, nullum calorem signant: ut primum autem ad terram, aut ad quidquam aliud firmum perveniunt, calorem constant, & aliquando ignem accendant, si v. g. in speculum reverberent, sic cogitationes ex intellectu, velut radii ex sole prodeuntes, priusquam in voluntate sistant, debiles exeunt: si vero in ea sistant, ipsaque hæc, ut speculum, terra, & mundi, divinum amorem inflamman. Sicut David expertus. Ps. 38. 4. concaluit cor meum intra me, & in medio arborum non exarsit: ignis. Ideo Christus fidem sinapi comparat Matth. 13. 31. Sunt alia semina tanta parva, & minora etiam grano sinapis, quibus fidem potest conferre; nisi aliud, quam parvitatem; respexisset.

Ita etiam utrumque parva Fides in intellectu sit, si dentibus conteratur, id est voluntatis affectione, & ruminatione; statim ipsa voluntas inflammar Rom. 1. 17. *Julius ex sibi vixit;* id est, justus ex fide, tanquam principio justificationem suam elicit; & per illam consequitur gratiam, qua vivit. Diez conc. 2. in festo S. Francisci.

Ex Novo.

Mitens dux ex Discipulis. Matth. 11. 2. Hi sunt Discipuli, scilicet intellectus, & affectus; quibus omnis homo, nisi omnino insanat, sociatur. Proinde inclusus in carceribus peccatorum hujuscemodi Discipulos mittit ad Christum: ab ipso, quid agendum; quidve diligendum; aperte cognoscitur. Sim. Cass. l. 3. c. 3. hic.

Simile est regnum calorum grano sinapis O. Matth. 13. 31. S. Hieron. quis est iste, qui seminat? nisi sensus noster, & animus: qui suscipiens granum prædicationis, & sovens semen humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare. Cum verbum Dei meditantur, ardens granum sinapis in corde ferimus, quod cor incendit, illique medatur. Sinapi lacrymas ciet. Si non consideras, si non conteras; misericam hanc vim non experieris. Barradius t. 1. 10. c. 6. D. 6. Epiph.

Vna operarius. Matth. 20. 8. Operarii in hanc vineam vocandi: primo manè voca considerationem rerum æternarum. Hic operarius eximius vineæ, qui illam sylvestere non patitur. Barradius t. 3. l. 5. c. 16. D. Septuag.

Oculabatur pedes ejus. Luc. 7. 38. sunt etiam duo labia, quibus Domini pedes premedituntur; effectus bonus, & intellectus verus, sed quibus Job 8. 21. dicitur: *refleantur labia tua insul.* Jubbilus verò est ineffabilis mentis lætitia, quam lingua explicare non novit: quæ repletus affectus bonus; cum per gratiam, & gloriam, ineffabilem respicit bonitatem; & intellectus verus fulgentissimum suscipit, & ineffably claritatem, quos semper velut labia quædam aperti à Domino postulat David Psal. 50. 17. dicens: *Domine labia mea aperies;* ut affectus ad bonum, & intellectus sit apertus ad verum. Sim. Cass. l. 8. c. 4. hic.

Ventis, & videtur. Job. 1. 30. Totos initiabat fore mentales, & remittebat intusquam, ut mente videret. Nam quid illis corporeis oculis offensurus erat, qui corpore habitaculum non habebat? Hoc sensu Psalmista ait Ps. 45. 9. *ventes, & videte opera Domini.* Ad intelligentiam, & internam considerationem, homines vocat; ut mente intelligant opera magna Dei: Id. l. 9. c. 8. hic.

Collyrio unguæ otulos tuos. Apoc. 3. 18. Collyrio cœlestis sapientia, ex consideratione divinarum attributorum, Passiois Christi, & futurorum bonorum, tuorumque malorum; ut sic pellat mentis tenebras. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Est intellectus rerum spiritualium, & invisibilem, verus animæ panis confirmans cor nostrum, & ad omne opus bonum roborans in omni exercitatione spirituali. Carnalis autem homo, qui non precipie ea, quæ sunt spiritus Dei, sed stultitia ei videntur; gemat, & lugeat dicens: *aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Ps. 101. 5. S. Bernardus l. 2. in Annunt. B. V.

Quid, vel quale est, aut esse debet spiritualis viri Sabbatum, nisi secreta, & quietæ meditatio rerum spiritualium? Rupertus l. 5. in Matth.

Fructus similis est animæ consilium, mens verò, quæ ducis vice fingitur, funiculum tenet. B. Theodorus in Psal. 118. 112. inclinavi cor meum ad faciendas justificationes.

Lapillus in piscinam, aut lacum missus, circularis facit innumerabiles; & hoc idem non facit in flumine: quia omnem figuram fugiens aqua disturbat. Seneca l. 1. qq. nat. 2. Qui sit quod sapes, qui plurimas audit coniciones, libros pios evolvit; non devotus efficitur; nec fructum hauriat; quia omnem figuram fugiens aqua disturbat. Unus solus lapillus, unum salutare verbum, sat est innumeris oculos in corde, totidemque sanctis cogitationibus excitandis. Did. Nyss. Polit. cœl. p. 1. c. 6.

Tapetes auro, & bysso intexti pulcherrimæque imagines exhibentes; quædam complicati sunt, nec videntur quidem mententur, neque etiam ab aliis rebus vilioribus differunt: sed ad parietem extensi includunt pulchritudinem ostendunt. Sic in Christianæ fidei mysteriis agitur: sancta meditatio latius explicata, & in apertum quodammodo prolata; amplitudinem, majestatem, & excellentiam suam manifestant, Psal. 57. 13. *nunquam cognoscitur in tenebris mirabilia tua?* O. *in ista terra oblivionis?* Bossius D. infra oct. Nat. Dom.

§. II.

Orationis mentalis utilitas, & alia motive.

Inmisit Dominus Deus soporem. Gen. 2. 4. 21. Nè ægrè ferret Adam, unam sibi de captis eripi; licet in ejus utilitatem ferret; immisit Deus soporem, id est, estam in Adam: ut hoc modo sopitus dolorem non sentiret. Potuisset quidem Deus ei costam etiam non sopito sine dolore eripere; sed docuit nos, quod, ut homines Mundum sine dolore relinquunt, sopiendi sunt: iisdem scilicet suadendum, ut divina meditentur: hoc enim cœlestis somno ab humanis rebus sine dolore; immò magna cum voluptate, avelluntur. Diez conc. 2. in festo S. Andræ.

Ad meditandum. Gen. 2. 6. 3. Sept. ad se exercendum. Perianther: sapientis vita est meditatio, & docto cogitare, est vivere. Cornelius hic.

Pater sem tacitus considerabat. Gen. 37. 11. Jacob additus fuit considerationi æquæ ac pater Isaac, qui operabatur ad meditandum in agro: ideoque in omnibus operibus suis erat circumspicuos, compostus, & sanctus. S. Bernardus lib. 1. de Consid. c. 7. mentem purificat considerato; deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, compescit mores, vitam honestat, & ordinat: postremo divinam pariter, & humanarum rerum, scientiam confert, &c. Cornelius hic.

Meditaberis in eis atque confurgens O. Deut. 6. 7. Incredible est, quantum animæ possit meditatio matutina. Experientia quotidiana nos clarè docet, eam esse totius societatis nostræ fulcrum, & fundamentum; omnemque zelum, efficaciam, & fructum omnium actionum nostrarum per diem, ex ea manare. Id. hic.

Nunquid mitis fulgura, & ibunt, & reverentia dicent tibi: adiuva. Job 38. 35. Fulgur, & fulmen, ignes subtilissimi, natura petunt sublime. At quia Deus deorum illa mittit; lux naturæ oblitæ, incredibili celeritate ad ima rounit. Christi fulgura dirixit eos, qui suam voluntatem pessundant, ut parent dixerit. Aspirant quidem ad alta, si suos impetus sequenter; sed quia Deus vult aliud, ad infima se non inviti demittunt, itaque alacritas summa. Sicut autem fulgura non ex aqua, vel terra, sed à nube densa, beneque clausa, protrahunt; ita prompta hæc voluntas provenit à meditatione, quæ nubis insit fulminis volat, sensibus corporis undequaque claufis. Drexelius Helviat. l. 1. cap. 4. §. 3.

Et erit tamquam lignum O. Ps. 3. Dixerat, justum non abiisse in consilio impiorum, non sedisse in cathedra pestilentie; addiderat, in lege Dei voluntatem ejus repositam; nec tamen de fructu ab illo edendo mentionem fecit. Ut verò dixit: *in lege ejus meditabitur die, ac nocte;* tum et arborem cum vocat, & feracitatem ejus deprædicat. Meditatio fertilior per reliquias. Oliva l. 9. Strom. 5. Et erit tamquam lignum.

Leventi sum in corde meo. Eccl. 1. 16. Ubique aliquis dicitur in corde suo, cum mentem ad cogitandum applicans se cum disputat, & ratiocinatur. Olympiodorus hic.

Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum; nec dimittam. Cant. 3. 4. S. Ambros. l. 7. in v. 7. Ps. 118. fide eum invenit; meditatione contriuxit.

In curru Ezechielis l. 10. facies hominis, leonis, bovis, aquilæ. Sed infra, cum eadem spectaret c. 10. v. 14. bovem vidit in Cherub mutatum; facies una, facies Cherub. Cur non leo quadrupedum primus; non aquila, regum volucrium; non homo, utriusque princeps; mutatur in Cherub? sed solas bos; & pretiosus, velensur; sed cibum vix manducant; glutunt veritus. Bos autem obvio signatur sereno; sed, quod deglurit, iterum commolitur, & lentissime mandit. Ille placeo, non qui præclara, & sublimia depascitur; sed qui hæc alta non intelligat, ea tamen, quæ percipit, nunquam licet seculum tacitus meditatur. Oliva l. 9. Strom. 5. Et erit &c.

Fenum ut bos comedit. Dan. 4. 30. Nabuchodonosor ut ex superbo humilis fieret, & Deum nosset; fenum ut bos comedit. Qui superbis, & turges; si carnis fragilitatem comedet ut bos; eam non curbit, sed cunctanter, recogitando, & ruminando; Deo subdus, teque deprimes. Hoc maxime attendit Deus in pœna scelerati regis: nam cum illum quæ in bovem convertit; non tamen eum jugum trahere ut bovem jussit; sed tantum ut more bonum aleretur, & ruminaret. *Fenum ut bos comedit.* q. d. ideò superbis, quia non recogitas. Igitur cogitis ruminare; ut dicas recogitare; & tunc Domini potentiam agnoscas. Consideratio ex bove mutavit in regem. li. 1. 3. *Cognovit bos postferorem suum, & alius præsepe Domini sui.* Humilitas præsepe tantum, consideratio Dominum agnovit. Oliva ibid.

Jacob genuis Joseph virum Mariæ. Matth. 1. 16. Quid per Jacob, qui supplantator, appellatur, rectius accipitur, quam

lucta, & supplantatio virorum; quod sit in activa, in qua primam contemplativum exerceri necesse est. Oportet insuper, ut actus ex se signat meditationem. Est autem meditatio vehemens animi applicatio ad divinum aliquid investigandum, cognoscendum: & degustandum: quæ meditatio rectè per Joseph exprimitur; quia Joseph præsepe interpretatur. Neque enim potest aliter anima melius exercere spiritualibus augmentis; quam per meditationem fortem, & salubrem; per quam ascendit anima de virtute in virtutem Gerfon l. de Nat. B. V.

Dixit quidam Sanctorum: meditare bonæ; ut nè mediteris mala; siquidem mens non patitur otium. S. Ephrem adhort. 4. ad Novitium Monach.

Incredibile est nescienti, quam suave sit, de Deo Opt. Max. ex factis literis meditari, & loqui. Philo Carpath. in Cant. 5. 13.

§. III.

Orationis mentalis neglectæ damna.

Præcipit nunc tangere illud. Gen. 3. 3. Mendax Eva ait, si hi à Deo fuisse imperatum, non manducatis ex eo, neque tangatis ex eo. Immo licuisset tangere prius, & meditari multis; quid damni, quidque utilitatis, cibis ille posset afferre? 1. Joan. 1. 1. *quod fuit ad initio, quod vidimus, quod vidimus oculis nostris; quod perleximus, & manus nostra contraxerunt de verbo vite.* S. Ambros. l. de parad. cap. 12. vides, quod ante velat manibus quibusdam persecutus sit Dei verbum, & postea annuntiavit. Et ideo nihil & Evæ fortasse nocuisset verbum, si pertractantibus diligenter quibusdam mentis manibus ante tetigisset. Bæza t. 1. l. 1. c. 7. §. 27.

Erant oculi ejus. Judic. 16. 21. Plerumque prius oculis contemplationis amittitur, & post per carnis desideria hujus Mundi laboribus animus subjugatur. S. Gregor. l. 7. mor. c. 13. prout testatur Sampson ab Alphophylla capus; qui postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est.

Quoniam non intellexerunt opera Domini. Pl. 27. 5. Significatur his verbis radix omnium malorum: radix enim est, nolle intelligere opera Domini; non applicare animam ad consideranda, & cognoscenda, mirabilia opera Dei; quæ fecit in creatione, in redemptione, in gubernatione generis humani. Bellarminus hic.

Qui habent defectum considerationis, inconsiderate volunt, loquuntur, & operantur. S. Thom. Aqu. opusc. 38. de erud. princ. l. 2. c. 3.

§. IV.

Meditandi materia.

Quis mihi tribuat, ne scribantur sermones mei? Job 19. 23. Docemur his verbis sancte transgigere orationis tempora. Scribantur, quæ cogitaveris, sed in silice, & ferreo typo. Quod est *sermones mei?* hoc est, qui me spectent. Non raro in meditatione Medici evadimus qui infirmi accesseramus. Invehimur in aliena peccata, qui nostra inexplorata mittimus. Vulneribus secentes fratrum pulsulas religiose curamus. Oliva t. Strom. 5. Quis mihi tribuat &c.

Mane astabo tibi, & videbo. Ps. 5. 5. Materia præcipua contemplationis mex erit, considerare; nihil te magis odisse, quam peccatum; innocentiam, & justitiam, tibi lummpere gratam esse. Bellarminus hic.

In circuitu, & intus plena sunt oculis. Apoc. 4. 8. Antè; quia Evangelium dat nobis multiplicem cognitionem futurorum, quæ ante nos sunt: aperit oculos, ad expectanda præmia, quæ Deus justis pollicetur: ut caveamus horrenda mala, quæ impiis minatur. Secundo *plena oculis* retro: ostendit nobis quod sumus, ex pulvere terre; ostendit exempla priorum, plena in circuitu; ad videndum, quæ circa nos sunt, & rectè ordinanda. *Plena oculis intus;* ad videndum interna. Sylveira hic. Hæc spiritualis est exercitii summa, hæc forma studii spiritualis; ut sapienter disponamus præsentia nostra, recogitemus in amaritudine animæ præterita; futura quoque sollicite provideamus. S. Bernardus l. 2. in festo SS. Petri, & Pauli.

Sit potior meditatio tua, & affectus frequentior, circa humilia vestigia Jesu, in omnibus, quæ per quinque sensus corporeos ingredientur ad animam, & est quidem omnium intimam, & debet esse incipientiam. Rich. à S. Vict. de arca myst. l. 2. c. 1.

Primum contemplationis genus est in consideratione, & admiratione, rerum corporalium, in omnibus, quæ per quinque sensus corporeos ingredientur ad animam, & est quidem omnium intimam, & debet esse incipientiam. Rich. à S. Vict. de arca myst. l. 2. c. 1.

ORDO.

Ex Veteri.

In principio creavit Deus caelum, & terram, Gen. 1. 1. Cum Dominum legimus cum sapientia, & quodam consilio, & dispositione, fecisse, & ordine: ut primo caelum fieret, quod est pulcherrimum: oportet; ut po primam oculos erigamus, illo nobis contendendum esse arbitremur, illam seculum terrenis omnibus preferendam putemus, S. Ambros. ep. 39. Poterant quidem omnia, tanquam unum aliquid, & subito exiistere: verum idcirco primum quiddam, ac secundum, & tertium, & atque ita poro sequentia, numerantur: ut statim una cum, ipsis creatis ordo induceretur. Ordo coelestis, terrestrialque, continet. Ordo est jam dici, noctisque, mensuris, & intervallis. Si ordo rerum potitur, univesum hoc venustus est, ac pulchritudo perpetua, & immobilis. Confusio vero, & perturbatio, in acre quidem fulmina, in terra succussiones, in mari exundationes, in urbibus ac familiis bella; in corporibus morbos, in animis peccata; quasi novas res moliendo, introduxit. Quin etiam celebrem illum rerum interitum, quem expectamus, nihil aliud esse putamus, quam confusionis abundantiam. Etenim ordo colligat, consilio dissolvit. Ordo curatis etiam animalibus ortum, alimoniam, convenientia singulis loca praescripsit. Etiam in Ecclesiis ordo definitur, ut aliud quodam sit ovile, illi vero pastores: aliud cum imperio praesit, aliud cum imperio subsit: aliud sit caput in iustis, aliud pedum, aliud manuum, aliud oculorum, S. Gregor. Naz. or. 7. de spiritu S.

Mator pars venit Benjamin, & ita ut quinq; partibus excederet. Gen. 34. Sed quo ordine accubuerunt? an Benjamin loco superiori honoratur? S. Severus: veram se primogenitum iuxta primogenita sua, & minimum iuxta artem suam, v. 33. Cur non Joseph illum aequi dignitate loci, ac parvis magnitudine, honoravit? Olearius hic: similis fuit Joseph Benjamin: verum & amabilis est ordo, ut unaqueque res suo loco consistat. Et a principio Mundi primus locus primogenito debuit esse: neque est, quod magis homines, quam ordinem mirantur, Did. Nyff. D. ult. Pent. c. 3.

De velo demittatur est contra eos: sella manentes in ordine. O curia suo, adversus Sifaram pugnaverunt. Judic. 5. 20. Ordinem, quem stella in Deo praescriptum servarunt, adscribitur victoria. Divisique veteres viros in tres partes. Judic. 7. 16. Ordine disposuit paucos milites; & hostis coeclis. Alvarez. In Gen. 33. Illust. 12.

In omnem terram exiit sonus eorum, Ps. 18. 5. Secundum Aquilam: exiit ordo ipsorum. Nam nec sermonem, inquit, emittentes, nec verba proferentes: sed regulam, & proprium ordinem, demonstrantes; omnes terram, & atque mare, ad divinas laudes decantandas invitant. B. Theodoretus hic.

Assurgit in sine usque ad finem. Sap. 8. 1. Non est locus, ubi non imperat sapientia. Nempe ubi ordo est, ibi imperat sapientia, quo orbem univesum in aequitate gubernat. S. Laur. Just. de triumph. &c. c. 12.

Ex Novo.

Ubi est qui natus est? Matth. 2. 2. Quoniam Christus infans loqui potuisset tertio decimo die a die Nativitatis; sicut Joannes exultavit in utero: sed quia ordinem in ordinatis daturis advenerat, in seipso ante versavit. Sim. Cass. l. 1. c. 15.

Et praecipit turba discurrere. Marci 8. 6. Habemus exemplum, quam Deo placere ordo, S. Vincen. Ferr. f. 1. D. 7. Trinit.

Facite illos discurrere, per convivia quinquagesimo. Luc. 9. 14. idque propter ordinem. Stella hic.

Omnia autem bene sunt, & secundum ordinem sunt. 1. Cor. 14. 40.

Ex Patribus, & alijs.

In bona voluntate pax nobis est. Corpus pondere suo nititur ad locum suum, pondus non ad ima tantum est, sed ad locum suum ignis sursum tendit, deorsum lapis: ponderibus suis aguntur, loca sua petunt; oleum infra aquam suam supra aquam attollitur; aqua super oleum fusa infra oleum demergitur. Minus ordinata inquieta sunt; ordinata, & quiescunt: pondus meum, amor meus; eo feror, quoquamque feror. S. August. Confessi. l. 13. c. 9.

Nihil est ordinatum, quod non sit pulchrum. Id. l. de vera relig. c. 41.

Tantus ordo, tanquam singularis dispositio, non ultro hae facta declarata, sed causam praesens significat, per quam tanti operis Principem, & Creatorem Deum esse datur intelligi. S. Athanas. Alex. de Incarnat. Verbi.

OTIUM.

§. I.

Symboia, & similitudines.

Quam cum misisset in sinum, proculit leporem inftar nivis. Ex. 4. 6. Tertull. de rellur. carnis c. 28. Moyses manum in sinum condidit, & emortuam protulit. Mira lectio Tertulliani: quid lepore morte? ideo manus exstimatur mortua; & opus in sinum reconditur, ut ibi quiescat, & otietur. Manus ad opus conceditur a natura: ergo, dum otio vacat in sinu; velur in sepulchro sepelitur. Caillou Illat. 39. otiose vivere non est vita.

Et baptizavit populum. Ex. 16. 30. Sabbatizante Israele caelum non pluebat manna. Quin & aqua purificavit immobilis, & immotus enfis rubigine foedescit, pes quietus obfuscatur, & vestem depositum duras tinea dens corrodit. Corn. in Eccl. 2. 2.

Sculptus complexus manus suas, & comedit carnes suas. Eccl. 4. 5. Manus homini datae sunt, ut illis opportuna sibi, & convenientia operetur. Otiosus itaque cessatur, manus clausas, & complicatas tenens, cum subinde poenitentia tangitur, ac dolore tacebit, dicitur merito carnes proprias devorare. Olympiodorus hic.

Invocavit eum vacatum. Matth. 13. 44. Rabanus: invenit diabolus hominem vacantem in bonis per negligentiam, & otiositatem. Apud Ecob. t. 5. Proph. Chr. l. 3. lect. 2. obf. 2.

Nihil inutilis fuerit homine, qui omne tempus in deliciis, & remissione consumit. Rubigo quaedam apprehendit otiosam animam, & consumit splendorem, ac alia omnia. Quamvis de detergetur rubigo illa? cote tribulationum: illi utilem animam facient, & ad omnia accommodam. S. Chryloft. hom. 35. in Acta.

Homo otiosus, inutilis, natus non debuerat. Frustrata natus est; lapis marmoreus est, truncus arboris; ficus sine flore, & sine fructu; solium apus ad ignem. Avis, quomdiu volat, securus est; si sedet, & quiescit; sagittarium infidientium sagitta perfoditur. S. Thom. Vill. D. Septuag.

Horologium. Lem. Ipsa quies vitium est. Aqua Lem: servatur manui. S. Laur. Just. l. 1. de perfect. gr. c. 9. sicut aqua, quae caret decursu, aut jacet in ioveis; putrescit, repleturque animalibus venenatis, & noxiis: ita & corpus, otii lace confectum, concupiscentiarum carnalium patitur infaniam. Picinelli.

Argentum. Lem: Quiscondo nigrescit. Id.

§. II.

Otium fugiendi motiva.

Ex Veteri.

Posuit enim in paradiso voluptatis, ut operaretur. Gen. 2. 15. Cum omnibus deliciis pocirentur (protoparentes) ibi vitam agentes; ut ne immidia proteritate homo insolenteret (omnem enim malitiam docuit otium) propterea praecepit Deus, ut operaretur illum, & custodiret. S. Chryloft. t. 1. hom. 14. in Gen. hic. Eva in paradiso decipitur. Genes. 3. 6. Vagatur otiosa; & quae extra paradisum, prospicit incauta. Naxera in Jof. 13. §. 20.

Festinabat Abraham in tabernaculum. Ex. 18. 6. In domo iusti nemo otiosus est. S. Carolus Borromeus, cum amplam haberet familiam: ita cuique per totum diem suus partiebatur operas, easque utiles, ac pias; ut nemo nec quadrantem horam per diem haberet liberum; & non occupatum. Hae de causa ejus familia tota erat quietae, ordinata, sancta. Cornelius hic.

Chimque levaret Moyses manus vincetas Israel. Ex. 17. 11. Moyses tacendo loquebatur, & otiosus operabatur: sedens in otio dimicabat, & triumphabat. Erat tam otiosus; ut alii maus ejus stillerent: & tam occupatus; ut manus otiosus vinceret. Crudele bellum inferbat Amaleicis confidendo, quam alii Israelitae in campo manus conferendo. Stella de van. Mundi p. 3. c. 61.

Ecclum est, cum praesisset Salomon adificium domus Domini, apparatus ei Dominus fecerunt. 3. Reg. 9. 1. 2. Quis nescit, recte ac sancte Salomonem habuisse, fide culta; Religione servata, cum instaret templo adificando, & regiam conderet? Apparet ei Dominus secundo, dein multa ei promittit; nec reum agit, vel noxae modicæ. Vacat otio. Ibid. c. 11. v. 4. deprecatum est cor eius pro muliere. Velloso in Juch. 3. Pat. 12. 16.

Ubi non sunt levites, praesepit vacuum est. Prov. 14. 4. Hebr. mundum est: hoc est, ait Vatablus: qui laborat, habet, quod manducet: qui autem otium scaturit, gessatem habet in domo. Bos Symbolum laboris: unde Veteres, teste Pierio, volentes laborem pingere; pingebant caput bovis. Cornelius hic.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Manum suam misit ad foras; & digiti ejus apprehenderunt usum. Prov. 31. 19. Quid fortitudini cum fuso, & colo? immo de ignavo dicimus, d. strenuum virum! afferere colum, & fulum, ut neat. At verò mulier haec cum de fortitudine laudatur, fulum apprehendisse dicitur: Quis dubitet, eleganter, & apte, utpote a Spiritu S. fuisse dictum? Nam id, in quo plerumque se foemina solent exercere; est, nere, texere, acu pingere. Cum ergo hic queritur, quæ erit mulier contra daemones insidias fortissima? & cujus dexteram plurimas comparabit victorias? respondetur: non illa erit, quæ otiosa, iners, & fenestrarum amica est; sed illa, cujus digiti apprehenderunt usum: illa, inquam, quæ in sanctis exercitiis, & bonis operibus continuo occupatur. Diez c. 1. Dom. 4. Pasch.

Nigra sum, sed formosa: quia decoloravit me sol. Cant. 1. 4. Formosam se afferit, cum a sole exurit? Certè tunc decoratur animus: cum corpus, otio ablegato, operi incumbit; velur Jacob, qui die altu urebatur. Gen. 31. 40. Ecob. t. 6. Par. Chr. l. 9. sect. 4. obf. 4.

Non nocuerunt mihi. Daniel. 6. 22. 3. Reg. 13. 14. 28. invenit Prophetam alium leo in via, & occidit. Uterque propheta, uterque iustus. Discrimen: Daniel orans, & jejunans; alter in via sedet otiosus, & mensa laeta epulatur. Naxera in Jof. 13. §. 20.

Preparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam. Jon. 2. 1. & devoravit eum. Et ecce piscis immans exivit ad devorandum eum. Tob. 6. 2. non tamen devoravit. Discrimen reddit S. Zeno Veron. l. de Jona: sterbetat in navi. Tobias clamat, & orat. Vacas ab oratione: defes, ignavus es: brutum passionis te deglutiet. Nax. in Jof. 13. §. 20.

Ex Novo.

Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque nent. Matth. 6. 28. S. Chryloft. legit: non feminant; neque nent: & ait: dicendo, non feminant, viros confortat: dicendo autem, neque nent, mulieres: quoniam virorum vita seminacionibus, mulierum laudibus sustentatur. Did. Nyff. D. 20. Pent. §. 1.

Quod accepit mulier. Matth. 13. 33. Si vir granum sinapis cura serendi dat operum; foemina interim sermento impendit studium. Sanct. Chryloft. l. 99. vir in agro sinapis arborem ferit; domi mulier sermentum procurat, & panes preparat alimonie. Quia virum foris expectat labor; intus mulierem domestica cura constringit. An quia Deus indicxit Adamo, in sudore vultus sui vesceris pane. Genes. 3. 19. putas foeminae nullum indicxisse laborem? Si vir ferit, si metit; foemina triticum actum in farinam sermento admittit; & panes facit viro laboranti: Escobar tom. 6. Par. Chr. lib. 7. lect. 2. obf. 2. hic.

Quid hic stas tota die otiosi. Matth. 20. 6. In quo ostenditur, quod vitium otiositatis est contra terrenalem habitacionem. Sicut si in optimo horto hortulanus sustineret arborem aliquam instructuosam, diceretur sibi à Domino, ut quid terram occupas? sic in optimo horto Ecclesiaz plantantur homines, velut arbores, in Baptismo; quas Christus rigat sanguine proprio. S. Vinc. Ferr. f. 7. D. Septuag.

Ligatis manibus, & pedibus tuis, Matth. 22. 13. Cur manus vinculantur, quarum nullum crimen apparet? quia otio torpentes vestem componi non aptantur. Cyrillus in procathechis: jubet ministris, ligate pedes illius confidenter intrantes; ligate & manus ipsius, quæ splendido illum nescierunt ornare vestitu. Ecce man tua, quam habui depositam in sudario. Luc. 19. 20. Naxera in Jof. 8. §. 9.

Nolite solliciti esse, quid manducetis. Luc. 12. 22. Theophylactus hic: non dixit Dominus: nolite laborare; sed potius, nolite solliciti esse. Nec enim poterat laborem interdiceri; qui nec etiam in paradiso hominem otiosum passus est. Ecob. t. 6. Par. Chr. l. 9. sect. 4. obf. 4.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Paralyticus corpore, & animo sanatus à Domino: praescribens rationem salutis animæ conservandæ ait: tolle. Er. Jacuera otio torporis; jam noli lecto otiosus addici. Eusebius Emiffensis.

Surge. Id est, non sis otiosus: otiositas enim animæ inimica est, quæ & vitia nutrit, & virtutes necat. Escobar ibidem.

Mulier illa. Apoc. 12. 1. 4. dum micantis respenderet, acris draconis invidiam exacuit. Mulier clamat afflicta; assumptique aquila plumis ad desertum tendit. Verè modo oculos ad Babylonicam, auro, gemmisque, resurgente, otio deditam. Apoc. 17. 3. vidi mulierem sedentem super basin coccineam. Ultra tibi videtur felicitis? Babylonica forsan? sed fabricis, plus huic à desidia emundum. Illa perculi metu assumit alas, & alæ, victo dracone, peperere victimas; hæc, dum torpet, flammis immortalibus perit. Nax. in Jof. 13. §. 27.

Ex Patribus, & aliis.

Omnium vitorum, quasi magistra quaedam, atque origo est ostentia. S. Chrysol. hom. 36. in Matth. c. 10.

Da mihi hominem, qui pinguecit, & laboribus caret, ac jacet, nihilque laborat, sanum; sed non invenies. Nam licet sextentorium Medicorum turba adveniat; & morbis illum nequaquam liberare poterunt: neque enim hoc natura finit, Id. hom. 16. in Acta.

Nihil est, quod adeo sit inconditum, & alienum à Christiano; atque requiem, & recreationem, querere: & ad presentem vitam nimium affici, alienum est à professione, & militia nostra. Dominus tuus crucifixus est, & tu requiem queris? Dominus tuus affixus est, & tu delicias hęc hęc sunt militis generosi? Id. hom. 13. in ep. ad Philipp. cap. 3.

Quid est otium? nisi perditio irrevocabilis horę, effusio vitę, retrogradatio proficiens. Sancti Cyrilli. l. 1. Apol. mor. cap. 14.

Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent; ut nullum abque opere laboris suscipiant; non tam propter vitę necessitatem, quam propter animi salutem. S. Hieronymus. ep. ad Rusticum.

Vagatio, quędam mentis est alienatio, & otium tempestas est cordis. S. Cyrilli. Apolog. mor. apud Corderium ex antiquo MS. codice.

Nihil stultius, quam in presenti vita, ubi homo debet sibi operari, ut in æternitate vivat, in otio vivere. S. Thom. Dom. Septuag.

Hęc est apud Aegyptum ab antiquis Patribus sancita sententia operantem Monachum demone uno pulsari, otium verò innumeris spiritibus devastari. Joan. Cassianus de cenob. inst. l. 10. c. 23.

Otium, & deliciae, prædones sunt castitatis. Th. Kemp. l. 4. ad fratres.

P

TITULUS I PANIS.

UT comedat panem. Ex. 2. 20. Panis Hebręis per Synecdochen quęvis cibum significat. Corn. hic.

Anserit - omne robur panis. Il. 3. 1. Hebręi robur misant, id est, sulcrum, baculum, scipionem, vocant panem, cibum, & omne, quod hominem in vita sustentat. Hinc panis vocatur vitę, vel haurius, Lev. 26. 26. Ezech. 4. 16. 5. 16. 14. 13. Corn. hic.

Panem nostram quotidianam. Luc. 11. 3. Hoc de duplici pane exponitur. 1. de pane Sacramentali, id est, de corpore, & Sanguine Christi, sicut ait Salvator. Joan. 6. 41. ego sum panis vivus, 2. de pane Spirituali, scilicet de habitibus, acerbisque virtutum; de consolatione interna, de confortatione mentali, de divinorum lapore; de pane pernitentię. Psalm. 79. 6. cibabitis nos pane lacrymarum. His itaque cibis orems quotidie alii divinitus, nę spiritus noster debilitetur, vitiusque succumbat. Dion. Carth. hic.

Panes manu S. Bernardi benedicti ad septem, novem, undecim, annos durarunt; nec colore, nec sapore immutato. Ex vita ejusdem l. 4. c. 4.

S. Euthymius M. Abb. effecit, ut ex paucissimis plurimi panes fierent, quibus 400. viri refecti sunt. Nicephorus Callistus. l. 4. c. 52. Bolland. 20. Jan.

TITULUS II PARENTES.

S. I.

Honorandi.

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis servit: qui se generum. Eccl. 3. 8. Palacius: quasi diis servit his: in iis enim Deus representatur, Deique dominium respiciet. Corn. hic.

Stabant iuxta crucem Jesu mater ejus etc. Joan. 19. 25. Dominus in cruce pendens Matrem habuit à dextris, quam Joanni commendavit. Ita quicunque ascendit crucem prælationis, vel Religionis; parentes debet habere à dextris: ut eos scilicet diligat ad bona æternę, & gratię Dei committat. Sed nota: quod Dominus, licet compareret Mari, non tamen voluit de Cruce descendere: ita nos, qui serimus Crucem Domini, propter parentes nostros non debemus ad carnalia declinare. Hugo Card. in Gen. 1. 19. Crucifixus Matrem suam Joanni commendat. Nota, quę mox addit Evangelista v. 28. postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt - & inclinatio capite tradidit spiritum. Luc. 23. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Joannes ait, ubi Matrem commendavit

Joanni, tunc omnia consummasset, & inclinato capite tradidit spiritum, v. 30. quia piam Matris curam ostendit in Cruce, omnia consummata sunt; & nihil ei superest, nisi in Patris manus spiritum tradere. Nam ita Deo grata est erga parentes pietas: ut illam exercens omnia consummasset videatur; & possit sperare confidenter, in æterni Patris manus spiritum traditurum. S. Amb. l. 10. ep. 79. hoc testamentum Filii est, de Matris integritate: hæc Maris locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis pietatis. Denique hoc dicit, & emitte spiritum: consummans omne mysterium bono fide pietatis. Cassillo in c. 28. Ex. llat. 5.

Nę vultu quidem lædenda est pietas parentum. Pater patrem tuum, pater Matrem tuam. Esi pateris matrem, adhuc non reddidisti dolores, non reddidisti cruciatu, quos pro te passa est: non reddidisti obsequia, quibus te illa gestavit; non reddidisti alimenta, quę tibi tribuit tenero pietatis affectu, immulgens labris tuis ubera: non reddidisti famem, quam pro te illa toleravit; nę quid, quod tibi noxium esset, ederet; nę quid, quod lacri noceret, hauriret: Tibi illa jejunavit, tibi manducavit; tibi illa, quam noluist, cibum non accepit; tibi, quem voluist, cibum sumpsit. Tibi vigilavit, tibi flevit: & tu illam egere pateris? O fili! quantum tibi fumes iudicium? si non pascas parentem. S. Amb. in Luc. 18. Vide tit. Filii §. 6.

§. II.

Parentibus preferendus Deus, præcepta &c.

Qui dixit patri suo, & matri suę, nescio vos etc. - hi custodiant aliquando tum etc. Deut. 33. 9. Magis, & primò, dicitur hic de patre, & matre: quæ de fratribus, & filiis: quod illos in eade illa idololatrarum non reperferit Levite, nec miserati sint eorum. Unde videtur sine discrimine omnes noxios, etiam patrem occidisse. Corn. hic.

Permitte me primò ire etc. Matth. 8. 21. Audite, quid discipulus dixerit, perinde me primò. Hoc primò ei esse non debuit, sed secundum. Terrenus pater coelesti postponendus est Patri. Pinna in Eccl. Ethol. 148. Quidam dicitur: hoc non intelligendum, quæ pater hujus discipuli jam defunctus esset, & ipse eum sepelire vellet: quia hoc ei negatum non esset, cum sit opus pietatis, sed quia tenebatur carnali amore parentum, cum quibus usque ad mortem eorum voluit permanere, eisque sepelire Christo adhaerere. Sed Christus ei id negavit, ob periculum moræ: non quia sepelire mala; sed quia majoris boni impeditiva. Dicit enim Ambrosius: docet Christus, minorā bonā pro utilitate esse præmittenda. Majus est enim animas mortuus prædicando suscitare; quàm corpus mortui in terra abscondere. Dion. Carth. in Matth. 8. 21. Non erat hujus pater in infirmitate, ut moriturus in proximo videretur; sed fortassis in senectute: expectare melius ratus, quæm hic Christum sequeretur: ignarus adhuc, quod pietas pro pietate dimittenda esset. Ad plenum peroptem plus est, qui divinum præferet imperium, etiam omnia obsecundatione denegata parentibus. Præferatur hominibus Deus, Creator creature, parentibus ad mortem vitę largitor, nutritoribus Redemptor, viventibus eunctis in hac vita mortali: qui, ut omnibus vita beata daretur, immortalis se donavit in mortem. Sim. Cass. l. 9. c. 16.

Dimitte mortuos sepelire mortuos. Matth. 8. 22. Numquid sic Christus negat ultimum pietatis obsequium? veter extremum munus parentibus quod debetur? Non pietatis obsequium negat; sed divinam præponit humanis affectibus servitatem. S. Chrysol. l. 19.

Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare etc. Matth. 10. 34. 35. Peramplius justitia Christiana progreditur: ut etiam inter patrem, & filium posuerit odium, atque gladium, ut ipse Salvator dixit. Luc. 14. 26. qui non odit patrem, & matrem, non potest meus esse discipulus. Odium igitur Christianę justitię, non personę sive naturę, sed iniquitatis debetur, & impedimento virtutis, quod consequenter præferre parentes, Id. lib. 15. de justit. Chr. cap. 3. Gladius instrumentum justitię est, non fœditis, ut observavit. S. Hilarius. Suum unicuique jus dividit hic gladius: magnum parentibus amorem, sed majorem Deo. Mendoza in 1. Reg. 11. annot. 8. hic.

Quæ est mater mea? etc. Marci 3. 33. Isthac non depromit, quod matrem ulla profusius ratione spernetur, aut fratres contemnat; absit hoc: verum quod planum faciat, familiarem animæ cum Deo conjunctionem quavis carnis cognatione potiorer se ducere. Victor Antioch. hic.

Pater tuus, & ego etc. Luc. 2. 48. Duo Patres in tali colloquio sonaverunt, unde quodammodo locutio materna confunditur. Dixerat Virgo Patrem, quem habebat socium sponsum. Respondit Christus, se Patrem habere æternum, ejus volita in carne venerat perficere super terram. Illa hominem, iste Deum; illa mortalem, iste proripit immortalē. Nescitis, quod in his etc. Non veretur Christus dolores ex carne maternos, sive paternos; sed Dei Patris obedientiam plus ad-

tendit: preferendus est Deo propriis parentibus quantumcumque illustribus, vel honoratis. Et hic Christus pietatem pro pietate condemnat, & reprobat: & divinis actionibus postponit humanas; & divinum omnino humanopropositū. Humanum est, tristitia non inferre parentibus; & ipsos consolari, opus est pietatis. Et honorem ipsi impendere, debitum est injustitię, justitioque Legis. Ubi vero Deus aliud inducit, ab omnibus his absolvit. Proinde ex hujuscemodi Christi verbis decretum firmum accepimus: ut, cum Deum aliquid velle novimus, cætera omittamus: neque tristitię, neque lacrymę, neque singultus, aut ululatus, dejectiones, aut assumptiones, quorumcumque charorum ad id agendum impediunt. Sim. Cals. l. 9. c. 2.

Sine ut mortui sepeliunt mortuos suos. Luc. 9. 60. Cum religiosum humani accepimus officium, quemadmodum hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur? nisi ut intelligas? humana posthabenda divinis. Bonum studium, sed majus impedimentum: nam, qui pariter studium, derivat affectum; qui dividit curam, differt profectum. Ergo prius obeunda, quæ maxima sunt. S. Amb. l. 7. in Luc. hic.

Si quis venit ad me, & non odit patrem etc. Luc. 14. 26. Domini oratio nihil à nobis aliud exigit, quàm ut eos averterem, qui idem nostrum in Deum impediunt: aut ab iis rebus avertere nos student, quæ ad animæ salutem sunt necessaria: tum ne eò unquam nos abduci sinamus, ut propter quemcumque carnalem amorem, eam dilectionem negligamus, aut contemnamus, quam debemus Christo. Sancti Titus Bostr. in Luc. hic.

Quid mihi, & tibi est, mulier? Joan. 4. 4. Ut quid sic responderat? utique propter nos: ut conversos ad Dominum jam non sollicitet carnalium cura parentum. S. Bern. l. 2. D. 1. post 68. Epiph.

Quid facis in paterna domo delicate miles? ubi vallum? ubi fossa? ubi hyems acta sub pellibus? Ecce de celo tuba canit; ecce cum nubibus debellaturus Erret Imperator armatus egreditur; ecce his acutus gladius, ex regis ore procedens, obvia quęque metit. Et tu mihi de cubiculo ad aciem tu de umbra egredieris ad solem. Corpus astrictum tunicis loriceæ otio non fert; & caput operum linteæ galeam recusat; mollem otio manum durus exasperat capulus. Audi edictum Regis tui. Matth. 12. 30. qui non est memum, contra me est, & qui non congregat muscum pargit. Recordare tyrocinii tui diem, quo Christo in Baptistate conspulus in Sacramenti verba jurasti: pro nomine ejus non te patri paritatum esse, non matri. Ecce adverteris in pectore tuo Christum conatur occidere: ecce donativum, quod militaturus acceperas, hostilia castra suscipere. Licet parvulus ex collo pendeat nepos: licet spatioso crine, & scitis vestibus, ubera, quibus te nutriet, mater olendat: licet in limine pater jacet, per calcarem peregre patrem, siccuti oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Veniet, veniet postea dies illa, quo victor revertetur ad patriam, quo per Jerosolimam coelestem vir fortis coronatus incedas. S. Hier. ep. 1. ad Heliodorum.

Et Joannes B. sanctam matrem habuit, Pontificique filius erat: & tamen nec matris affectu, nec patris opibus, vincebatur: ut in domo parentum cum periculo viveret castitatis. Vivebat in eterno, & oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspiciere. Id. ep. 4. Rustico Monacho vivendi formam præscribens.

Honora patrem tuum: sed si te à vero Patre non separat. Tandiū scitu sanguinis copulam, quandiu ille suum noverit Creatorem. Alioquin David protinus tibi canit. Psalm. 44. 11. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obviscere populum tuum etc. Grande premium parentis oblit: concupiscit Rex decorem tuum, & dicit tibi: tota pulchra es amica mea etc. Cant. 4. 7. Id. ep. 10. ad Furiam de viduit. servanda.

Cum aliquid eorum; quæ Deo probantur, efficiamus; quicunque id prohibuerit, sive pater, sive mater, sive quisvis; is inimicus, & hostis esto. S. Chrysol. lib. de Virgin.

Utilius est, parentes merore afficere, quàm Deum. Joan. Clim. gradu 3. de peregrinat. & lomi.

Impius est, qui animæ suę pro suis parentibus est crudelis: majoremque temeritatem hac neno habet, quàm ut animam suam ponat ita periculosę quis pro amicis suis. Petr. Bles. ep. 11. ad Clericum ingressum Religionis amore amicorum retardantem.

§. III.

Parentum amor in Liberos.

M. I.

Sit aqualis.

Isaac amabat Isaac. Gen. 25. 28. & Rebecca diligebat Jacob. S. Ambros. l. 2. de Jacob c. 2. Accipite bonum certamen inter parentes: mater desinat affectum, pater iudicium; mater circa juniores tenens pietate protendat; pater circa seniores R. P. Spanner Poly. Tom. II.

naturam honorificentię servet. Hic magis honoret, illa plus diligat; dum singuli singulos fovant, non in unum uterque conpiret. Apud Baiza t. 1. l. 3. §. 3.

Quare negligit? Gen. 42. 1. Quæres: qua ratione Joseph tam diu incognitus mansit in Aegypto, post 23. annis, ita ut de se nihil unquam nuntiarit patri adeo propter se morenti? cur hoc ita fieri, & celeri voluit Deus? 92. quia Deus hoc quasi purgatorium meritoris voluit dari Jacobo, licet justo, ob levia ejus quaedam peccata: tum quia nimis, & cum invidia fratrum amaverat Josephum. Solet enim Deus nimios Sandiorum circa rem aliquam, vel personam, amores hoc modo per adversa, quasi vinum injecta aqua temperare. Itā S. Aug. l. 82. de temp. Cornelius hic. Amare liberos, dulce; & impenfius amare, prædulcius. Sed frequenter ipse amor patris, nisi moderationem fervet, nocet liberis: si aut nimia indulgentia dilectum resolvat; aut prælatio unius cæteros ab affectu germanitatis avertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur: hæc præclatior munificentia patrum, hæc dicitur hæreditas filiorum, Jungat filios æqualis amor, quos junxit æqualis natura. S. Amb. l. de Joseph. c. 2. apud Alvarez Illustr. 30. in Gen. 37.

Filius cui sicut novella olivarum in circuis mensa tua. Pl. 127. 3. Pater quasi centrum domus suę; à centro linear ducuntur æquales ad circumferentiam. Non est unus in Angulo-Beata domus, in qua servatur æquitas. Mox addit: ecce sit benedictus homo. Hugo: non solum benedictus tibi Dominus de terra, temporalia bona tribuens; sed etiam benedictus ex matre sancto suo, & altissimo tabernaculo suo, ut videas bona Jerusalem. Al. in Gen. 37. Illustr. 30.

Dic, ut sequeat hi duo filii mei etc. Matth. 20. 21. Quare pia mater filio magis dilectio non peris? prudenter egit honorem illum non in particulari, sed in communi petens. Imiteatur eam parentes, nę filium unum præ altero diligant; nec in re familiari alii aliis proponantur; nisi gravis addit causa: nam alioquin magna oriuntur discordiæ. Diet conc. 1. in festo S. Jacobi.

Num. II.

Non plus quàm Deum, & se.

Cumque alligasset Isaac filium suum etc. Gen. 22. 9. Ostendit Abraham, charitatum quidem sibi esse filium; sed multo chariorem filio existere Dominum: totos affectus convertit in Deum; cui jam se noverat mancipium. S. Chrysol. in Gen. f. de fide Abrah. Quovis igne vehementiori excitavit charitatem; acutioremque gladio amorem reddidit, nam in ipso vincula præcidit nature. S. Ephrem. in Abrah. & Isaac. O spectaculum formidandum! amor in prolem, Deique dilectio, iudicio contendunt; & judex ensifer instat Abrahamus, ac ensus dicit; victoriamque Dei dilectionis tribuit; consignat sanguine, testemque victorię sacrificium facit. S. Basilus Seleuc. or. 7. de Abrah. Tentavit Deus Abraham, præcipiens, ut immolaret filium suum: ut in exemplum aliis intolleretur obedientia ejus: ut omnes parentes dicant, quoties proponenda sit obedientia Dei filiorum dilectioni, S. Bernardus f. de sacrificio Abrahę.

In me sit ista maledictio. Gen. 27. 13. Itā aliqui parentes licet non verbis, attamen operibus idem faciunt: nam illicitę negationes, & inventiones malę, quibus filiis suis altas sedes obtineant, idem est, ac si dicerent: filius meus Canonatum obtineat, ego in Infernum abeam. Diet conc. 1. in festo S. Jacobi.

Si homuncio uxori suę potuit dicere: nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filii? 1. Reg. 1. 8. Et de filio Fobia mater Anna. Tob. 10. 5. omnia sicut in te uno habentes, te non debemus dimittere. Numquid verus creator tuus dicit tibi: non melior tibi sum, quàm decem, & mille, non modo filii, sed patres, matres, fratres, sorores, amici, Duces, Episcopi, Magistri, nutritii, sponsi? Numquid & tu cum Sancti. Francisco exclamabis: Deus meus, & omnia! Doulier. de Am. l. 3. c. 3. lect. 4.

Qui amat filium, aut filiam, super me, non est me dignus etc. Matth. 10. 37. Non imittit odium ad proximum, ubi alias præcepit diligere inimicum; nec condemnat jura naturę creatę, quam ex amore creavit, quam legibus ad invicem stringit amoris; sed duos amores consequens, hominis, & Dei; amorem Dei creantis, gubernantis, redimentis, & beatificantis; amoni hominum voluit prevalere: ut unus non extinguatur ab altero; nec alter impediatur ex altero; sed alter alteri præferatur, alter alteri subiciatur: ut, servata lege justitię, qui per omnia est præstantior, in omnibus ex amore sit potior omnibus creatis, quocumque jure diligendis. Sim. Cass. lib. 8. cap. 21. Perpicuum est, quod non damnet amorem; sed ipso non vult in amore esse posterior, sed præferri. Ordo quidem est naturalis, & originalis justitię; ut potiora magis, minor minus diligantur. Ac per hoc non est dignus Deo, qui quocumque conjunctos sibi diligendo præfert. Non tollitur charorum amor, sed ordinatur.